

TRACTATUS DE LEGIBUS. (1)

SECTIO I.

De Lege in communi.

Quest. I. Quid est Lex?

Resp. Est preceptum commune, honestum, iustum, stabile seu perpetuum, ad bonum commune, & gerente curam communitatis impositum, & sufficienter promulgatum.

Itaque ex communi Doctorum sententia, Lex est: 1. Preceptum; nam Lex est ordinatio Superioris effica; & obligans subditos ad agendum vel omittendum aliquid. Non potest autem obligare nisi precipiens, hoc est jubendo vel verando. Hinc Lex precipiens est etiam preceptiva, saltem virtualiter nam hoc ipso quod permittit aliquid fieri, prohibet illud fieri impeditur. Porro preceptum est re-cta agendi vel omittendi ratio, seu regula obligans ex auctoritate Superioris. Per se obligans differt a consilio, quod est illius re-cta agendi regula, sed non obligans. Hinc illud S. Hieronymi l. 1. contra Iovin. Ubi consilium datur, offerenti arbitrium est: ubi preceptum, necessitas est servientis.

2. Commune; nam debet fieri communitati perfecta ex l. Jura, ff. de legib. Jura non in singulas personas, sed generaliter constituuntur. Communitas autem perfecta est; que ex natura sua perpetua est, ac politice gubernationis capax: sive est ea

que sibi sufficit ad assequendum finem ad quem instituta est, nempe ad conciliandam & conservandam felicitatem, pacem, ac tranquillitatem publicam, ut Regnum, Provincia sui juris, Ecclesia &c. Imperfecta vero, que ex natura sua non est perpetua, nec capax politice gubernationis; sive que sibi non sufficit ad preedictum finem, ut Familia, Parochia &c. Porro censetur communitas sibi ad suum finem sufficere, dum in ea est potestas Magistratus aut Pastores instituti, membra ac subditos in ordine continendi, lites & controversias dirimendi, improbos ac sceleratos morte mulcandi, vel contumaces a corpore rescandi.

3. Lex necessario debet esse honesta, statuendo videlicet aliquid honestum, vel in se, vel saltem ratione finis intenti, ad quem conducatur: nam suis legis est homines bonos facere, ut docent Arist. & S. Th. Deinde homo non potest obligari ad actus malos, vel inutilis, seu indifferentes; nec Deus ut pote summus bonus, sapiens, ac rectus, dedit hominibus potestatem statuendi nisi honesta.

4. Iusta, scilicet ex parte legislatoris, & iustitia quidem tum legali, in eo posita ut pro sit bono communi; tum commutativa, qua Legislator non plura statuat quam posse statui, nec aliis quam subditis; alias injuriam inferret, & nulla esset lex, cum actio non possit excedere agentis potestatem: tum denique distributiva; qua secundum equalitatem proportionis, habita ratione virium & facultatum, imponantur subditis onera in ordine ad bonum commune. Nam esset contra rectam rationem, & iustitiam etiam commutativam, aliquos ultra modum gravare. Ad nullitatem tamen legis hoc capite requiritur tanta proportio & inequalitas, ut redundet in

Heres. Utrum sola conscientia, vel etiam ratio sit habenda pro regula proxima, mox patetis (ex Nota ad q. 2. Sect. 2.) ubi ambas propter characteribus distinguemus. Interca, de Legibus loquendo, hec sunt animadvertenda. Cum quavis actio moralis sit relativa ad suam regulam, & aliunde sola lex aut omnino, aut saltem principaliter sit regula & norma agendi: si hinc intelligere pronon erit, quanti momenti sit presens Tractatus. Sane incredibile dicitur, quod equivocationis & exco-rationis contingant in hominibus etiam doctis, ex eo presertim, quod non satis accurate perfecta teneant, que insunt fundamentis iacuerunt in isto Tractatu. Nullum pariter mihi dubium, quin ob rationem insistentiam multi alii presertim de Clero, qui innumeris sese subiacent Ecclesiasticis Legibus, conscientiam sibi essentem partim laxam, partim seculopoliam, quarum utraque ceu vitiosa cavenda est dicit Bonas. (Comp. Theol. Verit. lib. 3. cap. 52.) Inan prima generat presumptionem, secunda desolationem. Inter Theologos preclare de legibus scripsit D. Thom. (1. 2. q. 90. usque ad q. 109.) Item XIV. multa huc spontanea vel declaravit, vel deservit scriptura in aures suis Operibus, presertim vero de Syn. Direc. Unde et non deprimimus (N. 78-79.) generalia quedam axiomata. Opinet autem illos sibi consilium arbitror, qui in materia ista lucem senerunt a Canonibus, quorum maxime propria.

(1) Actuum humanorum principia multa, ad varia sunt. Alia dicuntur efficientia, ut voluntas, & libertas: alia dirigentia, ut conscientia, & lex: alia allicientia, ut habitus tum boni tum mali; hoc est, virtutes & vitia. Quae ad primum genus dicuntur, inima anime sunt, ut patet per esse. Quae vero sunt duorum posterorum generum, distribuuntur in interiora, & exteriora. Sic conscientia, & habitus revocantur ad interiora: lex, & inspirationes nobis immixtae ab Angelis, ad exteriora referuntur. Hinc porro videt unico obtutu materiam omnem universae Facultati morali subiectam. Principia enim efficientia expenduntur in primo Tract. de Actib. Humanis. Alterum ex dirigentibus dicuntur in secundo Tract. de Legibus. Denique allicientia considerantur primo generatione, deinde speciebus, in subsequenti Tract. de Peccatis, de Virtutibus &c. Communitati loquendi usus principii dirigentis nomine seu regule appellationem tribuit. Regula in genere est quasi mensura, ad quam exploratur, nam aliquid rectum sit, vel obliquum, seu an ordini ad suam finem conveniat, vel adesse vel non. In moralibus itaque illud regula nomen sibi vindicabit, ex quo dignoscimus, quid honestum, aut turpe sit: quidque proxime ad finem ultimum conducatur, vel ab eo abducatur. Indicatas morum regulas duas, scilicet conscientiam & legem, cognominibus proxime, ac remote (Vid. notam 2. ad qu. 1. cap. 1. de Conscient.) discriminant Au-

in detrimentum commune, & iniustum ac grave onus plurium, ut notat Suarez: aliqui enim si Lex de se utilis sit, & pauci pauci videntur, Lex erit valida, & obligabit alios. Illi vero qui iniuste gravantur, non obligantur quoad excessum iniustitiam, nisi per accidens, ratione scandalii vel perturbations, ad que vitanda debet quisque juri suo cedere.

Porro in dubio de honestate, vel iustitia legis presumendum est pro Legislatore, & servanda lex est: tum quia Superior habet jus altius, & possidet jus precipiendi, a quo subditus per illiusmodi dubium non probat se esse exemptum: tum quia Princeps regitur altiori consilio, & potest habere rationes subditis occultas: tum quia tunc legis observationem postulat bonum commune, & recta gubernatio; nam aliqui subditis daretur nimia licentia non servandi leges.

5. Est de perpetua, hoc est, statuta in perpetuum, & sine termino definitio: ita ut semel lata, semper duret quamdiu durabit communitas cui imponitur, nisi abrogetur, aut mutatis circumstantiis noxia vel inutilis fiat ex c. ult. de Esur. Legati. Nam perpetuas leges necessaria est ad eorum finem, nempe bonum commune, quod postulat stabilitatem, & uniformitatem, ut utiliter administraretur communitas de perpetua, quatenus per continuam successione perseveraret eadem moraliter in posteris: legum quippe mutatio detrimentum reipublice afferret.

6. Lex debet essentialiter esse utilis bono communi, quod est finis essentialis & primarius Legis. Constat tum ex c. Erit dist. 4. ibi: Erit autem lex honesta, iusta, possibilis secundum naturam, secundum patriam consuetudinem, loco temporisque convenienti, necessaria, utilis, nullo privato commodo, sed pro communi utilitate conscripta. Tum quia Lex est actus publicus potestatis, que instituta est solum in bonum commune, tum quid potestas ferendi leges non est data hominibus, nisi propter bonum commune procurandum; ut constat ex Scriptura docente Legislatores Ecclesiasticos esse Pastores, & habere potestatem tantum in edificationem aliorum, 2. ad Cor. 10. Sculares vero esse Ministros Dei in bono subditorum, Rom. 13. Preterea cum Lex toti communitati imponatur, eamque obliget, debet que ad illius bonum referri; alioquin inordinata esset; nam contra rectam rationem est totum ordinare ad partem, & totum operari pro solo bono privato partis. In quo differt potestas jurisdictionis a potestate dominativa in servum, & a jure proprietatis in utilitatem privatam concessio. Itaque lex omnis cedere debet in bonum commune, vel immediate, vel saltem mediate, & ultimate, aliqui nulla est. (\*)

7. Lex debet ferri ab eo, qui preest communitati. Nam cum Lex feratur communitati perfecta ob bonum commune, eamque obliget, ferri non potest nisi ab eo, ad quem pertinet curare communitatem, quique illius regenda, obligande, cogenda potestatem habet jurisdictionis.

8. Denique debet esse promulgata, ex l. 9. Cod. de Legib. quia Lex est regula actionum generalis & publica, dirigens & obligans communitatem: a regula non potest communitatem dirigere, & obligare, nisi sit ei applicata & nota.

Quest. II. Quomodo lex differt a Precepto? Resp. Differt 1. Quod Lex necessario feratur a persona publica pro communitate, & ad bonum communitatis; at preceptum ferri potest a persona privata ad privatam, puta a domino ad servum, & in bonum privatam superioris, vel subditi, vel alterius. 2. Quod Lex de se sit perpetua, non merum preceptum, quod expirat more precipientis; Lex vero non. Quare fit in nostra Societate, precepta Praepositorum Generalium semper obligant donec a lege speciali Congregationis septima can. 10. iis perpetuam statuunt. Igitur lex differt a precepto, sicut species a genere: nam omnis lex est preceptum, sed non omne preceptum est lex. Preceptum enim aliud est commune, aliud particulare. Commune subdividitur in perpetuum, quod solum est proprie lex, & in non perpetuum, sed ad breve tempus impositum. Convenit autem lex cum precepto, quod utrumque fit ratio seu regula agendi vel omittendi, obligans ex auctoritate superioris. (\*)

Quest. III. An lex omnis necessaria obliget? Resp. Affirm. Ex communi. Prob. 1. ex S. Hieronimo sup. cit. & ex S. Augusti. lib. de Sancta Virginitate cap. 13. Precepto quisque non obtemperat, nisi est & debitor poene. 2. Quia lex ac preceptum est usus & applicatio juris, quod habet superior ad obligandum subditos. Item est ordinatio superioris habentis potestatem & voluntatem efficacem obligandi, eamque subditis declarantis: at voluntas efficacis supposita potestate inducit effectum. 3. Lex divina naturalis & positiva precipit, ut iustus superiorum preceptis etiam humani. Quare violatio cuiusvis precepti etiam humani, est transgressio Legis divinae, ideoque offensiva Dei, & peccatum.

Hinc Datur lex permissiva, ex l. 7. ff. de delegibus ibi: Legis virtus haec est, imperare, vetare, permittere, punire. Resp. Lex permissiva obligat alios ad non impediendum id quod permittitur. (\*) Quest. IV. Quomodo dividitur Lex? Resp. Dividitur in divinam, que a Deo, & humanam, que ab homine facta est, & positivam: subdividitur in aeternam, naturalem, & positivam: Rom.

(1) Discrimen aliud peculiare legis, & precepti panatit Bened. XIV. lib. 13. de Syn. cap. 4. n. 9. (2) Quomodo communi doctrina, quam verbis Angelicis expressimus (N. 387.) hi tres numerentur alius, seu effectus legis absolute acceptae, scilicet precipere, prohibere, permittere; non idcirco tamen convellit alia communi doctrina de obli-

gatione cuiuscumque vere legis: immo firmatur, quia facile est offendere, aliquamvis obli- gationem ex singulis illis effectibus. De duobus prioribus nullam potest esse dubium; tertium de tertio duntaxat id demonstrandum est. Perpende naturam rei, que a lege permittitur, simulque tres supremas mortalitatis species (N. 285.) attende. Si rem permittit in genere moris indifferenter, gan-

(\*) Nulla est lex in ratione Legis, de qua tamen privato homini non licet iudicare. Antoine Theol. Moral. T. I. P. II. G

Positiva in veterem, & novam. Veteris est, quam Deus dedit Moyfi per Angelum, & per Moysen Israelis. Nova est ea, que a Christo lata fuit omnibus hominibus, & per Apostolos promulgata. Lex humana subdividitur in Ecclesiasticam, que scilicet fuit potestate Ecclesiastica & spiritali, ut Papa, Concilii, & Episcopi; & in Civilem; que fertur potestate seculari, ut Regis, Principis &c.

S E C T I O II.

De Lege divina.

Quest. I. Quid est Lex aeterna? Resp. Lex aeterna late sumpta est summa ratio, qua Deus omnia regit & gubernat: stricto sumpta, est ordinatio & voluntas Dei, qua Deus ab aeterno statuit, ut a creatura intellectuali fierent ea, que ex natura rei necessaria sunt ad vivendum decenter, ac conformiter naturae suae intellectuali; & omitterentur ea, que naturam intellectualem dede-

do subditi facultatem libere eam faciendi; tunc obligat, ne quis impediat alium volentem eandem facere, ex. ca. manducare carnes in Vigilia Epiphaniae non incidere in diem Veneris, aut Sabbati. Eandem ipsam obligationem non impediendi producti, si expresse permittat rem ex suo genere bonam, cuiusmodi est ex. ca. nuptias appetere late ad homines, qui sui juris sunt, & continentiam perpetue nolant se addicere. Si tandem rem permittat malam, ex. ca. moderatam contrarium habit fieri, vel avaritiam moderatam contrarium obligat iudicari, ne ponant eam, qui eam perpetuant. Quamquam in hoc postremo casu lex a propria excidit dignitate (iuxta praeced. Notam) est ipso, quod inhonesta proponit. Patet ergo, omnem legem aliquid positive permittere semper involvere praecipium alicui modo obliganti. Hinc in iure (disp. 55. can. 6. qui partem cuiuslibet digiti) ipsa permissio designatur nomine praecipiti. Porro adversus avaritiam legis obligationem semper opponit, apud Iurisconsultos legis appellatione donari etiam consilium, quod certe nullo modo obligat ad faciendam rem, quae consultatur. Resp. quia proprie est norma morum, gemino fungitur officio, dirigit & obligat. Si primum praecise spectetur, tunc ipsa in se comprehendit & legem, & consilium. Si secundum etiam attendatur, sic lex est stricte dicta. Itaque quae vocantur consultoria leges, ea non nisi improprie & analogice leges sunt. Ut quid ergo, inquit, Evangelium continens consilia, lex nova dicitur? Resp. quia, praeter consilia, leges complectitur proprie dictas, quae si desint, appellatio illa cessat, vite loquendo. Ceterum respectu etiam consiliorum obligationem non deserit, non quidem eadem servandi, sed non contentendi, sicuti factum propugnat Novatores irrudentes Monachorum.

(1) Ex Angelico (1. 2. q. 93. art. 1. & q. 91. art. 2.) Lex aeterna nihil est aliud, quam ratio divina. Sapientia, secundum quod est directiva omnium ad quod, & motuum. Lex vero naturalis, nihil est aliud, quam participatio legis aeternae in rationali creatura, & impressio divini luminis in

cent, ex S. August. l. 21. contra Faustum c. 17. dicitur: Lex aeterna est ratio divina, vel voluntas Dei ordinem naturalem conservari iubens, perturbari vetans. Hinc non differe a lege naturali, nisi quod hac superaddat promulgationem factam in tempore per lumen naturale. Lex enim naturalis aliud est, quam Lex aeterna fructe sumpta, naturae rationali per lumen naturale intimata, habitualiter quidem per rectam rationem, actualiter vero per declamata restra rationis.

Quest. II. Quid est lex naturalis? Resp. Est Lex divina, creaturae rationali impressa, praecipiens quidquid ex natura rei necessarium est ad vivendum decenter, ac conformiter naturae rationali ut rationali, & prohibens quidquid ex natura rei dedecet naturam rationem ut rationalem; atque etiam statuens ea quae ex se necessaria sunt ad valorem actuum. (1)

Hanc obligare sub mortali in re gravi; fidei contra ex Rom. 7. Qui talia agunt (contra legem naturalem) digni sunt morte. Et cap. 2. Quicumque

eadem creatura, quae excellentiori quodam modo divina providentia subiacet: Quocirca lex aeterna, & lex naturalis unum idemque sunt; sed utroque nomine designatur sempiterna Dei decreta ordinantis omne id quod per se & ex natura rei necessarium est ad conservationem ordinis iustitiae, sive ad Deum, sive ad seipsas referantur rationales creaturae; quaeque prout sunt regula & norma earundem creaturarum agentium. Sed cum huiusmodi Divina decreta possint bifariam considerari, nempe vel quantum participative sunt in Deo legislatore, tanquam regulante; vel quantum participative sunt in creaturis subditis, tanquam regulatis: idcirco sub priori respectu legis aeternae, sub posteriori legis naturalis appellationem sortuntur. Porro ex his, ad valendam a mentibus nostris obscuritatem, & confusionem iteram, iuxta corollaria nonnulla deducere. 1. Quae dicuntur legis naturalis praecipia, nihil aliud sunt, quam rationes divinae sapientiae, divinaeque voluntatis ordinationes, quae sunt principia directa humanarum actuum. Unde ingens pars definitio eorum, quae ab hominibus contra talia praecipia in quovis veram genere peraguntur. 2. Participatio & manifestatio horum decretorum, seu praecipiorum divinitus fit per quoddam lumen in singularum hominum cordibus signatum seu impressum, quo possunt ipsi (modo velint) discernere, quid sit bonum, & quid malum, quidque aut faciendum, aut vitandum. Quare oportet tale lumen distinguatur a natura rationali, atque ab intellectu eius ipso quod eidem naturae a Conditoris impressum, insuperque dicitur. 3. Cum ex Angelico cit. (q. 94. art. 4.) habitus sit, quo quis agit, non quod quis agit: sic non potest esse, quod lex naturalis sit habitus proprie, & essentialiter. Hinc palam fit, legem naturalem differre a Synderesi, quae habitus est principiorum practiorum practiorum (iuxta Notam ad Tract. de Consc.) praebens scilicet facultatem cognoscendi quid bonum, malumve sit in genere moris. Nihilominus ex eodem Angelico lex naturalis potest vocari habitus alie latiori sensu, quatenus habitu teneret, sicut dicitur fides id, quod fidei re-

que sine lege (scripta) peccaverunt, sine lege peribunt, propter peccata scilicet contra legem naturalem commissa. Invenvero legem naturalem violans in re gravi, obidit graviter Deum, quem non potest invincibiliter ignorare esse illius auctorem.

Porro Christus explicavit & sancivit praecipia moralia legis naturalis eorumque omnium observatio nem praecipit. Quare Lex omnis naturalis est etiam evangelica quoad materiam, seu rem praecipiam & veritatem. Quaecumque sunt vera, quaecumque pudica, quaecumque iusta, quaecumque sancta, quaecumque amabilia, quaecumque bone fame: si qua virtus, si qua laus discipliniae, hoc cogitate, ut agatis. Phil. 4. ubi Apost. commendat observationem eorum omnium, quae lex naturalis ac divina praecipit & consulit.

Quest. III. An Lex naturalis praecipit, ut semper fiant actus honesti, ac boni? Resp. Affirm. Quia Lex naturalis praecipit, ut homo semper vivat decenter, seu agat modo consentaneo naturae suae rationali, qua rationalis est; & sic praecipit homini id omne quod necessarium est ad vivendum seu agendum semper honeste, ac decenter: naturae rationali: Omnia honeste, & secundum ordinem sunt, 1. ad Cor. 14. At ad semper agendum honeste ac decenter naturae rationali qua rationali, necesse est ut omnis eius actus deliberatus, sit consentaneus naturae rationali qua rationali, ideoque honestus.

Ut autem actus sit honestus ac bonus, necesse est ut sit de objecto bono, vel indifferente, sed conducenti ad bonum finem, ut fiat modo convenienti, & in circumstantiis objecto debitis, & propter finem honestum. Nam si unum ex his detur, actus non est bonus, sed malus: tunc enim non tendit decenter ac convenienter naturae rationali in objectum, finem & circumstantias actui debitas, & sic non convenit, sed disconvenit naturae rationali seu intellectuali, nec a recta ratione approbatur, sed improbat: quippe recta ratio dicitur eum solum actum esse bonum & laudabilem, qui habet objectum legitimum, finem honestum, & circumstantias objecto-

naturae; hoc est, quatenus lumine rationis semper permanentes in intellectu, semper in nobis inest potentia percipiendi praecipia naturalis legis, etiam non semper actu eadem considerentur. 4. Quando quidem conscientia est actualis rationis practicae distinctamen ostendens in particulari, quid hic & nunc agendum fit: idcirco necesse est, ipsum discrepare non solum a synderesi, quatenus est habitus ex dictis; sed etiam a lege naturali, quae generale duntaxat dicitur de eorum, quae agenda, aut omittenda sunt. 5. Quatenus conscientia praesupponat legem naturalem, lumen rationis, & synderesim, assamen ipsa sola, non bonum quidem, proprie est regula proxima agendi. Quippe legis aeternae decreta, quae per lumen rationis, ac synderesim possunt innotescere, hominem agere volentem proxime non dirigit, nisi practico quodam rationis iudicio componantur. & attentionis elicientis applicentur, quod alia voce conscientiam dicitur. Tam vero vel sola legis naturalis notio, sic clare distincteque affirmata, extra dubium omnino ponit eundem quoque legis extantiam; ut proinde mirandum potuisse homines existere praeca, recentisque memoria

debas; hinc illud axioma Theologicum: Bonum est integra causa; malum ex quolibet defectu.

Quest. IV. An Lex naturalis potest mutari? (1) Resp. 1. Ex communi sententia, non potest mutari proprie. Quia Lex mutatur proprie, cum definit, aut fit inhonesta, noxia vel inutilis, aut abrogatur a superiore, vel contraria consuetudine praescribitur. At Lex naturalis neque potest definire, cum sit necessaria, & lata in perpetuum, neque fieri inhonesta, noxia, vel inutilis; cum nil praecipiat nisi bonum ac honestum, & ex natura rei necessarium, & nil veteri nisi id quod est per se bonum ac inhonestum: neque potest abrogari a superiore, nempe Deo: Deus enim non potest non praecipere semper creaturae rationali id omne, quod ex natura rei necessarium est ad vivendum honeste, & decenter naturae suae; nec prohibere id omne, quod ex natura rei illam dedecet: nam non potest creaturam rationalem non regere sapienter & ordinate, & modo sua sanctitatis consentaneo, ideoque decenter ac conformiter naturae rationali. Quare Lex naturalis, supposita creatura intellectuali, est absolute necessaria. Denique non potest contraria consuetudine praescribi: nam si non potest abrogari a Deo, multo minus potest ab hominibus.

Resp. 2. Lex naturalis potest mutari improprie, quatenus nempe potest fieri mutatio in circumstantiis materiae illius. Nam Deus potest materiae Legis naturalis apponere vel tollere conditiones ac circumstantias quasdam, quibus positus aut sublati, actiones jam non sunt Lege naturali prohibita, vel praecipita, & per quas mutatur materia.

Nova. Aliquid est de iure naturali permissivum, quod Lex naturalis nec praecipit, nec vetat, nec irritat; sed permissum fieri, vel aliter de se fieri. Illud est de iure naturali praecipivum, quod praecipit vel prohibetur iure naturali, ac proinde cuius oppositum a nemine statui potest.

Quest. V. An saltem Deus potest dispensare in aliquo praecipio Legis naturalis?

Resp. 1. Ex communi sententia, non potest dispensare.

(N. 258. 269.) qui haec negarent. Quoniam auctore ipso temerario evadunt plane iniuriosi tum in Deum O. M. tum in seipsos, tum in universam hominum nationem, prosum expedit ipsos ad hoc vivos sepulture mandari: non sicut pro perterritis aeterni inferni. Sed quantumvis summo consensu omnes, quibus non mutat cerebrum, fatentur extare naturalem legem, qua sit ut alia honesta, alia turpia sint, independentes ab humana quavis constitutione, aut consuetudine; ingens tamen apud Eruditos discordia est in determinandis huiusmodi legis naturalis principiis consociis. De his Theologi Morales plerumque nihil peculiariter solent edicere: multa vero ex professo tradunt Ethices, ad huiusmodi Theologos nonnulli, tum Catholicos, tum Aethiolicos. Nec desunt, qui cum Cl. Antonio Gemenio partim hanc adnotent etiam in Disquisitionibus Metaphysicis.

(2) Undenam subditi mutari liceat ad gravissimam hanc questionem, atque ei conatibus, vite perferendas ac definitas, a nobis inditutum N. 315.

spenare directe & proprie. Quia dispensare proprie in lege est liberare aliquem ab obligatione Legis: manentibus omnibus circumstantiis, sub quibus Lex viget & obligat. At Deus non potest absolute hoc facere in Legge naturali. Ergo. *Prob. min.* Nam Deum liberare aliquem ab obligatione Legis naturalis, manentibus omnibus circumstantiis, sub quibus illa per se obligat, est Deum concedere alicui ut agat aliquid jure naturali verum, vel omittat aliquid hoc jure preceptum, manentibus omnibus circumstantiis, in quibus id jure naturali prohibetur, vel precipitur: ac prout ut agat id quod est intrinsece malum ac inhosium, vel omittat id quod tunc ex natura rei necessarium est ad honestatem morum, & cujus omisso delectet naturam rationalem. At Deus non potest absolute hoc concedere: nam hoc concessio repugnet sanctitati, ac sapientie divinae, & decenti ac ordinate gubernationi creaturæ intellectuales.

*Obj. 1.* Deus reip̄a dispensavit in variis legis naturalis preceptis. Nam 1. dispensavit cum Abrahamo in homicidio, precipiendo ut filium innocenti occideret. 2. Cum Patriarchis in Polygamia. 3. Cum Judæis in furto, nempe ut retinerent vasa Ægyptiorum ipsis commodata. 4. Cum Judæis in dissolutione matrimonii per libellum repudii. 5. Cum Sisdem in usura. 6. Cum Osæ, ut fornicaretur. 7. Cum Machabæis, ut pugnarent die Sabbati: Ergo.

*Resp. Neg.* ant. & ejus probationem. Nam Deus non precepit, nec permisit has actiones, manentibus omnibus circumstantiis, sub quibus lege naturalis prohibetur sunt, sed solum mutavit conditiones ac circumstantias materie legis naturalis, sub qua mutatione actiones illæ non sunt lege naturali prohibita. Itaque.

*Ad 1. Resp.* Deus, ut supremus vis ac nichilominus dominus, dedit Abrahamo jus in vitam filii innocenti, ut illum filii immolaret. Occisio autem innocenti, facta auctoritate & iusti Dei, non est injusta, sed veritas lege naturali, nec proinde homicidium, sed est iusta & consentanea juri divino naturali.

*Ad 2. Resp.* Uxorum pluralitas non est contra jus naturale, postea concessione divina. Nam non repugnat absolute fini primario conjugii, qui est proles susceptio & educatio; sed tantum adversatur societati & paci familiaris, & difficiorem reddit bonam liberorum educationem, quibus incommodis Deus facta auxilii gratia prospicere potest. Polygamia quidem ponit inequalitatem juris ac domini corporum; sed hæc injustitiam tollit seu impedit Deus, marii corporis dominium plures uxores dividendo, quibus proinde jam non fit injuria, cum Deus sit supremus omnium creaturarum, & juriarum dominus.

Porro Deus uxorum pluralitatem Patriarchis concessit, ad majorem fidem populi, ex quo Christus nasciturus, & verus Dei cultus in coteras gentes propagandus erat, multiplicationem.

*Ad 3. Resp.* Deus tanquam supremus rerum omnium dominus.

(\*) Non saneraberis Ægypti tuo ad usuram, sed alieno. Deut. 23. D. Ambr. de Tobia. c. 25. 10 Qui erat vnic alienigena nisi Amalech, nisi hostis? . . . ab hoc usuram exigere quantum non sit civem occidere. 20

niuni dominus, Ægyptiorum vasa Israelitis donavit, ita ut Ægyptii jam deincerent esse illorum domini; & sic Israelitæ non abstulerunt nec retinuerunt rem alienam, sed suam factam per donationem Dei, nec proinde furii rei fieri. Deus autem dominum rerum Ægyptiorum in Israelitas transfudit, tuam ut summam Ægyptiorum in Israelitas crudeliterem putaret, tum etiam ut Israelitis debitam redderet laborum suorum mercedem, quia fraudati fuerant ab Ægyptiis.

*Ad 4. Resp.* Matrimonium dissolvi potest auctoritate Dei, ut auctoris nature, & supremi omnium juriarum creatorum domini. Repudium autem permittendo, hoc ipso irritavit sui dissolvi prioris matrimonii vinculum, quæ dissolutio vir & prior uxore poterant aliud matrimonium contrahere. Lex enim naturalis prohibet duntaxat secundum matrimonium, quamvis prioris vinculum maneat.

*Ad 5. Resp.* Tradetur responso, ubi de usura agetur. (\*)

*Ad 6. Resp.* cum SS. August. & Hier. Deus non iussit Osæ, ut fornicaretur, sed ut mulierem, quæ prius fornicaria erat, deceret uxorem, & ad eum affectu maritali accederet. Illa autem mulier vocatur adhuc post matrimonium fornicaria, quia talis ante illud fuerat; & filii ejus filii fornicationum appellantur, quia nati erant ex matre, quæ fuit fornicaria.

*Ad 7. Resp.* Preceptum de Sabbato non est de jure naturali quoad determinationem temporis: Præterea in facto Machabæorum non intervenit proprie dispensatio, sed solum interpretatio legis. Nam illa lex non prohibebat opus ad humanam salutem necessarium, ut probat Christus Matth. 23. nec proinde actum pugnantem contra hostes, præsertim infidelibus.

*Obj. 2.* Papa per auctoritatem a Deo acceptam dispensat. 2. In actuali residentia Episcoporum in suis Diocesis. 2. In votis & juramentis. 3. In matrimonio rato non consummato, quæ tamen omnia sunt de jure naturali.

*Ad 1. Resp.* Papa non eximit Episcopos ab obligatione residentie actualis in suis circumstantiis, in quibus ad eam lege naturali tenentur; sed solum sua auctoritate declarat Episcopum in his aut illis circumstantiis posse legitime a suis sedibus abesse.

*Ad 2. Resp.* Papa non tollit obligationem voti & juramenti, manente ipso voto & juramento, sed tanquam Vicarius Dei, & ejus nomine, remittit promissionem Deo factam, & juramentum, quæ remissione facta, hoc ipso cessat obligatio: præstandi promissum. Nam lex naturalis non precipit reddi promissum, relaxata promissione. Promissio autem Deo facta, relaxari potest a Deo, non solum immediate, sed etiam mediate, nempe per suam Vicarium Oeconomum.

*Ad 3. Resp.* Papa dispensat in matrimonio rato non consummato, nomine Dei, vinculum conjugale tollendo, & rescindendo matrimonii contractum. Lex autem naturalis non obligat nisi ad servandum matrimonium non dissolutum, nec vetat illud dissolvi ex gravissima causa pro supremam potestatem accep-

CAPITULUM

De causis efficientibus, & materia Legis humanae

Quest. I. Quinam possunt ferre leges, & quibus?

*Resp. 1.* Leges Ecclesiasticas ferre possunt: 1. Papa pro tota Ecclesia, ex Joan. 21. *Paſce agnos meos, paſce oves meas.* 2. Concilium Gen. etiam pro tota Ecclesia, Nationale pro tota natione, & Provinciale pro sua Provincia. 3. Legatus Apostolicus pro sua provincia. 4. Episcopus pro sua diocesi, licet non consecratus, modo sit confirmatus; Archiepiscopi autem, Primate, & Patriarchæ extra Concilium possunt pro sua tantum diocesi. 5. Qui habent jurisdictionem quasi Episcopalem, ut aliqui Abbates pro locis suis subiectis. 6. Ordines Religiosi in Capitulo generali; non tamen iurisdictionem in Capitulo generali, nisi ex speciali & expressa concessione Papæ, quæ ordinarie non datur; neque Ordo feminarum, qui æque est incapax jurisdictionis ecclesiasticæ, ac earum singula: ideoque non potest ferre leges proprie dictas, sed solum statuta conventionalia, & obligantia vi voti obedientiæ.

*Resp. 2.* Leges civiles sancire possunt, Imperatores pro toto Imperio, Rex & quivis Princeps, ac Republica superiorem non agnoscentes, pro suis ditio- nibus. Ratio generalis est, quia Episcopi, & Principes seculares prepositi sunt Redores communitatis perfectæ; ac proinde habent legislativam potestatem, utpote necessariam ad recte ac convenienter regendam communitatem perfectam; nec enim recte ac convenienter communitatem perfectam regere possunt, nisi habeant potestatem efficaciter ac stabiliter faciendi ea, quæ ad bonum commune expediunt, & curandi ut observentur, coercendo, & puniendo improbos ac rebelles, omnique in officio continendo.

*Nota.* Qui possunt condere leges, a fortiori possunt ferre præcepta, quæ etiam imponere potest quis Superior privatus respectu suorum subditorum, circa materiam directionis sui subiectam; nam nemo potest esse Superior sine potestate precipiendi.

*Resp. 3.* Nemo potest ferre leges, nisi suis subditis, & de rebus suo regimini subiectis; cum nemo habeat potestatem in non subditos, & circa res suo regimini minime subiectas. *Potestas spiritualis & secularis, utraque deducitur a potestate divina: & ideo in tantum secularis potestas est sub spirituali, in quantum est ei a Deo supposita, scilicet in his quæ ad salutem animæ pertinent. Est ideo in his magis est obediendum potestati spirituali, quam seculari. In his autem, quæ ad bonum civile pertinent, est magis obediendum potestati seculari, quam spirituali, secundum illud Matth. 22. Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari, aut S. Th. in 2. dicit. 44. qu. 2. art. 4. ad 4. Hinc 1. Principes merito Ecclesiastici non possunt ferre leges nisi de rebus spiritualibus, & ad regimen Ecclesiasticum; Seculares vero nisi de rebus temporalibus, & ad gubernationem politicam pertinentibus. Principes tamen seculares, quos Deus sanctis fidei, Ecclesiæque protectores esse voluit, Trid. sess. 22. c. 10. ut tales possint, & debeat fidem, Ecclesiæque teneri, & curare ut ejus leges observentur, ut monet S. Leo*

ceptam a Deo, qui ut naturæ auctor, & rerum ac jurium omnium dominus, potest pro libito vinculum matrimonii dissolvere, & quemlibet contractum rescindere five per se, five per alium. Deus tamen nemini concessit potestatem dissolvendi matrimonii consummatum baptizatorum.

Figuræ in his omnibus Summus Pontifex non dispensationem directe tollendo, materia ejus secundum omnes suas condiciones remanente; sed improprie tantum dispensat, tollendo aliquam conditionem seu circumstantiam que tenentem ex parte materie, aut actum fundantem obligationem annullando: quod facere potest ut Dei Vicarius, Oeconomus, & supremus Ecclesiæ Pastor a Deo constitutus.

*Resp. 2.* Deus potest dispensare improprie in iis Legis naturalis preceptis, quorum materia pendet a dominio Dei, quatenus potest materie legis apponere vel tollere conditiones ac circumstantias quasdam, quibus potestizant sublati, actiones jam non sunt Lex naturali prohibite vel præceptæ: Sic Deus, ut supremus rerum ac jurium omnium creatorum dominus, potest alicui tribuere jus usurpandi bona aliena, occidenti innocenti &c. Quo jure dato, acceptio boni alieni non est injusta, immo non est acceptio alieni, sed boni, quod fuit alienum, & per donationem Dei factum est proprium accipientis: occisio innocenti est iusta, cum fiat auctoritate accepta a Deo, qui potest pro libito disponere de vita hominum &c. In iis vero præceptis, quorum materia non pendet a dominio Dei, ne improprie quidem dispensare potest: nam sunt quidam actus ita intrinsece mali, ut in nulla circumstantia fieri possint liciti, cujusmodi sunt odium Dei, blasphemia, idololatria, heresis, perjurium &c.

Quest. VI. Quid est Lex positiva?

*Resp.* Lex positiva in genere est ea, quæ liberæ a legislatore lata est, & aliter promulgata quam per lumen naturæ, videlicet aliquo signo externo, puta voce, vel scripto. Alia est mere positiva, quæ scilicet statuit aliquid, quod non est sic statutum jure naturali, sed quod jus naturæ permittit sic statui, ut lex vetus condemnationem certarum rerum. Alia est etiam naturalis ex parte materie, quæ scilicet statuit aliquid, quod jam sic lege naturali factum est, qualia sunt omnia præcepta Decalogi, excepta determinatione Sabbati.

Lex vero divina positiva est ea, quæ a Deo libere lata est, & aliter promulgata quam per lumen naturæ. Tales sunt Lex vetus, & Lex evangelica, quæ sunt etiam Lex naturalis ex parte materie, quoad præcepta scilicet moralia, & mere positiva quoad cetera præcepta.

SECTIO III

De Legge humana.

*Nota.* Jus gentium est jus abundantius aut fere omnibus gentibus, nisi & consentiente vim Legis habente, introduchum; Sive est jus non scriptum, quod liberò omnium aut fere omnium nationum consensu & usu receptum, vim obligandi habet. Sic ad jus gentium spectat divisio & proprietas honorum &c. Quare jus gentium est quedam Lex humana virtualiter & æquivalentur.

ad Leonem Imper. ep. 75. Debes incunctanter ad...

Imperator non potest ferre leges pro regionibus...

Nemo potest ferre leges contrarias legibus sui Superioris...

Quaest. II. Quid potest statuere Lex humana?

Resp. 1. Non potest quidquam statuere contra legem...

Resp. 2. Homines possunt multa praecipere, vetera...

Quaest. III. An lex humana potest praecipere alius internas?

Resp. 1. Lex humana potest praecipere alius internas...

Hoc tamen non debet intelligi de legibus, quae possunt ferri...

Resp. 4. Legislator humanus potest omnibus praecipere...

Resp. 5. Superior habet potestatem obligandi subditos...

Quaest. III. An lex humana potest praecipere alius internas?

Resp. 1. Lex humana potest praecipere alius internas...

Resp. 2. Reipia Ecclesia praecipit Confessionem sacramentalem...

Refp.

Resp. 2. Ecclesia potest praecipere alius internos necessarios...

Resp. 3. Ecclesia potest praecipere alius internos necessarios...

Resp. 4. Reipia Ecclesia potest praecipere alius internos necessarios...

Porro alius internus ad talem honestatem alius externi...

tionem vel omissionem alius externi, ad cuius honestatem...

Quaest. IV. An Ecclesia potest praecipere vel prohibere...

Resp. Communis sententia negat (1); sed afferunt Glossa...

Nec obstat, inquit, illud c. Sicut 2. de Simon. Ecclesia non...

Immo non potest praecipere alius internos punire posse...

Ad

quam cum S. Thoma 1. 2. q. 91. art. 4. & q. 100. art. 5.

(1) Benedictus XIV. (lib. 9. de Syn. Dioc. cap. 4. n. 4.)

Ad auctoritatem & rationem S. Thomæ respondet: Homo quidem non potest de actibus mere internis ferre legem coactivam coactione externa, hoc est, obligantem sub pena per hominis sententiam ferenda: quia talis lex requirit, ut homo per se possit cognoscere, iudicare, & punire; quod præstare non potest, si materia legis est actus mere internus, utpote prorsus occultus. Sed, inquit, potest homo ferre legem obligantem tantum sub culpa a Deo puniendam, vel etiam sub pena ipso facto contrahenda circa ea quæ non potest cognoscere, nec per se punire: quia lex illa per seipsum sufficienter cogit, & punit transgressorem, & per se operatur omnem effectum quem habere potest, & qui intenditur a legislatore.

Quæst. V. An Lex noni rem præceptam in ea virtute, ex cuius motivo etiam extrinseco præcipitur?

Resp. Affirm. Ita Delugo, Cardenas, & alii communissime. Quia 1. omnis actus specificatur a fine actus extrinseco, propter quem fit. Sic actus, qui quis furatur, ut se inebriet, est in specie furti & ebrietatis; & furans ex hoc fine, magis est intemperans quam fur, ut docent Aristoteles, & S. Thomas. Ergo lex pariter specificatur a fine actus extrinseco, sicut omnis electio mediæ specificatur a fine intento: nam lex que finem extrinsecum intendit, & actionem aliquam præcipit, vel vetat tamquam medium ad illum finem. Permutatio beneficiorum erg propria auctoritate, non est de mala contra Religionis virtutem, sed solum quia prohibet ab Ecclesia ex motivo religionis & reverentie erga res sacras. Item sumptio cibi vel potus levissimi ante Communionem est sacrilegia, ob prohibitionem Ecclesiæ factam ex motivo reverentie erga Eucharistiam.

Ut autem præceptum obliget subditum ex illa virtute, ex cuius motivo materie extrinseco imponitur, requiritur, 1. Ut superior declaret, se ex illo motivo præcipere, si non fit aliunde notum: alioqui actus non præsumitur præcipi nisi ex motivo suo intrinseco, v. g. jejuniium ex motivo temperantie. 2. Ut velit obligare ad illam virtutem, & rem præceptam facere materiam ejus necessariam, quamvis enim Ecclesiæ præcipiat jejuniium in vigilia Nativitatis Christi v. g. non solum ex motivo intrinseco temperantie, sed etiam ex motivo extrinseco Religionis, nempe ad honorem Christi; quia tamen obligationem Religionis nobis non imponit, qui ipso die non jejunat, peccat solum contra temperantiam.

Quæst. VI. An qui violat legem humanam de actu virtutis altissimi, v. g. Religionis, peccat solum contra obedientiam?

Resp. Peccat etiam contra virtutem illam, cuius actus præcipitur. Quia obligatur ad actum virtutis qui præcipitur, cum præceptum humanum obliget in conscientia. Hinc qui sacrum omittit die festo, non abstinere a carnibus feria sexta, peccat contra Religionem, & temperantiam, & teneur hæc peccata specie diversa exprimere in Confessione; nec satisfactio dicendo, se bis peccasse contra præceptum Ecclesiæ.

(\*) Fidelibus, qui in potestate eorum sunt.

gum; alioqui innumere essent transgressiones occulte, nec finis Legis satis obtineri posset.

Nota. Obligare in conscientia est imponere necessitatem agendi vel omitendi aliquid ad vitandam culpam, & offensam Dei. Obligatio vero in conscientia est talis necessitas.

Obj. 1. Multos Scripturæ textus.

1. Illud Matth. 23. *Sine causa colunt me, doctores doctrinas, & mandata hominum.* Resp. Ibi Christus damnat, non præcepta hominum iusta, & legitima, sed injusta, & contraria legi divinæ vel etiam inutilia, quæ Pharisei anteponebant legibus divinis.

Porro cum dicitur Deuter. 4. *Non additis ad verbum, quod vobis loquor.* Supple aliquid tamquam præceptum divinum, immediate a Deo latum. Cum autem Deus Deut. 12. dicit: *Quod præcepit tibi, hoc tantum facito Domino,* loquitur de præceptis ceremonialibus, & prohibet Jædæis, ne ad illa addant aliquid, præsertim ex ritibus Gentilium.

2. Illud 1. Cor. 3. *Ubi autem Spiritus Domini ibi libertas.* Resp. Per libertatem intelligitur immunitas a servitute peccati, in timore serviliter servili &c. Cum autem dicitur Rom. 6. *Non enim sub lege estis, sed sub gratia.* Et Gal. 3. *Si spiritu ducimini, non estis sub lege;* hæc verba, *non estis sub lege,* significant, non servitis, nec obediatis concupiscentiæ, sed illi imperatis, in aliquibus aliis locis per legem intelligitur lex Mosaicæ, quæ per Evangelicam abrogata est, & a qua omnes sunt liberi.

3. Illud 1. Tim. 1. *Lex iusto non est posita sed injustis &c.* Resp. Sentus est: Lex non est posita iusto ad illum penis coercendum & terrendum; quia iustus libenter & ex amore iustitiæ legem observat. Quare lex iusto imposita est ad illum dirigendum: lex quippe plura officia & effectus habet.

4. Illud Jac. 4. *Unus est Legislator, & Judex, nempe Deus.* Resp. Sentus est, unum esse Legislatorem supremum & principalem, a quo ceteri suam potestatem accipiunt: sicut Matth. 23. dicitur: *Unus est Pater vester, qui in caelis est.* Nec vocemini Magistri: quia Magister vester unus est Christus. Et vero cum multa ad bonum commune necessaria, & utilia sint, quæ jure naturali, & positivo divinito statuta non sunt, necesse fuit dari a Deo hominibus potestatem illa statuendi, & alia non factis jure divino determinata magis determinandi.

Obj. 2. Præcepta evangelica sufficiunt. Ergo inutilia sunt præcepta humana. Resp. Nego conseq. Nam inter præcepta evangelica est præceptum parentibus Principum Ecclesiasticorum, & secularium, atque præceptis legitimis superiorum, quorum auctoritatem commendat, & quibus obedientiam præcipit Christus per se & per Apostolos. Unde ad servandam legem Evangelicam observandam est legibus ac præceptis humanis.

Obj. 3. Inferior non potest obligare in foro superioris. Ergo homo non potest ligari in foro conscientie; quod est forum Dei. Resp. Inferior obligare potest in foro superioris, quando potestas inferioris est ab ipso superiore. Omnis autem potestas est a Deo.

Obj. 4. Principes, præsertim sæculares, non intendunt obligare sub peccato. Resp. Hoc saltem virtualiter, & implente intendunt. Nam hoc ipso, quod intendunt aut potestatem legislativam, quæ a Deo deri-

Antoine T. beal. Moral. Tom. I. P. II.

vatur, sufficienter intendunt obligare sub peccato, propter essentialem connexionem ejus potestatis a Deo derivatæ, & obligationis sub culpa.

Instabis. Legislator humanus non exprimit obligationem in conscientia, & sæpe de ea non cogitans, ferendo legem. Ergo non obligat in conscientia.

Resp. Nego conseq. Quia ad obligandum in conscientia non requiritur expressa intentio, & mentio obligationis in conscientia, sed sufficit implicita, & virtualis, contenta scilicet in præcepto. Nam hoc ipso quod superior præcipit aliquid, ad illud sub culpa, mortali vel veniali pro gravitate, vel levitate rei præceptæ, obligat vi legis divinæ generaliter præcipientis observationem omnium legitimis præcepti superiorum: obligatio enim sub culpa essentialiter annexa est præcepto cuiuslibet legitimo, quia Deus vult, & jubet, ut legitimis superiorum præceptis obtemperemus. Quare violando præceptum hominis, violatur etiam illud præceptum divinum generale, quod sane obligat pro capacitate materie.

Quæst. II. Quando nam Lex humana obligat sub mortali culpa?

Resp. 1. Ex communi sententia, ad hoc requiritur materia gravis. Quia 1. potestas humana est limitata, & commensurata exigentiæ ac capacitati materie. 2. Obligaturæ graviter in re ex omni parte levi, est contra rectam rationem, bonum commune, & convenientem gubernationem, & in perniciem animarum, immo est injustum, & nullam autem est potestas a Deo data hominibus, nisi ad edificationem, non in destructionem. 3. Lex divina naturalis & positiva nunquam obligat sub mortali in materia levi sub omni respectu.

Item secundum multos, requiritur intentio superioris graviter obligandi, seu exigendi graviter, hoc est, ex tota sua potestate, id quod statuit: quia superior potest in materia gravis obligare tantum sub veniali. Non tamen requiritur ut superior expresse intendat obligare sub mortali, sed satis est quod intendat uti sua tota potestate, & graviter exigat aliquid grave, licet ignoret quid sit obligatio sub peccato: cum enim potestas superioris sit a Deo, & Deus jubet ut subditi ei parent, posita gravitate præcepti humani, hoc ipso oritur obligatio gravis, adeoque sub mortali.

Resp. 2. Lex obligat sub mortali, quoties materia est gravis, & Legislator absolute præcipit vel vetat, nec expresse significat se velle solum obligare sub veniali. Ita omnes ex Clem. 2. *de verb. signif.* quia tunc superior potestatem præcipienti utitur sine limitatione, & secundum materiam capaciatem, cui imponitur præceptum gravis, ideoque declarat, & sic imponit præceptum gravis, idque oppositum declarat, & sic intendit obligare sub mortali.

Ceterum ad gravitatem materie legis duo requiruntur & sufficiunt. 1. Ut finis proximus legis, seu id quod proximè intenditur non parum, sit magnum momenti. 2. Ut id quod statuitur non parum ad illum finem conferat, quomvis fit aliud in se leve: sic commotio panni in passidilo, licet de se levis, tamen erat gravis ratione finis, & intenti, nempe ut homo suam subjectionem & dependentiam a Deo prostereret. Sic etiam ingressus viri in claustrum Monialium est materia gravis, quia ejus omnisio multum conferat ad graviam mala averteuda. Quare legis materia gravis est, quando res præcepta vel prohibita multum conducit ad finem proximum legis, qui fit gravis momenti.

Resp. 1. Gravitas materiae & intentio superioris sufficiunt ad obligandum sub mortali, cognosci possunt. 1. Ex gravitate verborum quibus utitur superior, ut v. g. cum praecipit, & vetat aliquid sub interminatione divini iudicii, vel in virtute obedientiae, vel ex tota sua potestate &c. Nam gravissima verba non adhibentur a prudenti superiore, nisi circa materiam gravem, & ad significandam gravem obligationem. Item dum significat velle obligare sub gravi culpa. 2. Ex gravitate poenae transgressoribus impositae, qualis est excommunicatio, poena mortis, exilii, carceris perpetui &c. Nam gravis poena non imponitur iuste, nisi pro gravi culpa, quae supponit gravem obligationem praecipit violati. 3. Ex communi prudentium iudicio, vel ex consuetudine, quae est optima legum interpret, cap. de consuet.

Quaest. III. An legislator potest in materia gravi obligare solum sub veniali?

Resp. Multi asserunt, & videtur communis sententia. Quia v. Potestas obligandi, quam habet Legislator, est quoad usum in ejus libera voluntate, & sic potest eam applicare prout voluerit. Ergo potest illam applicare ad obligandum solum sub veniali; praesertim cum materia majoris obligationis fit etiam capax minoris, & hoc ad convenientem gubernationem interdum expedit; ne scilicet nimium oneret conscientia subditorum, qui sufficienter ad talis legis observationem iudicantur per obligationem sub veniali. 2. Multae leges, ac constitutiones Religiosorum, ut Carmelitarum Discalceatorum, a SS. Pontificibus approbatae, obligant solum sub veniali in rebus gravibus, ut jeuniis, abstinentiis &c. 3. Lex divina solum praecipit, ut pareatur superiori quantum, & quatenus praecipit, & ab illa oritur obligatio commensurata voluntati superioris. Ergo si superior leviter exigit, & praecipit aliquid, est de se grave, inde oritur solum obligatio levis, & tunc praecipit censetur formaliter leve. 4. Actus libere agentium non operantur ultra intentionem eorum.

Obj. 1. Legislator humanus non potest in re levi obligare sub mortali culpa. Ergo non potest in re gravi obligare sub veniali.

Resp. Neg. consequ. Quia Deus non dedit hominibus potestatem obligandi alios nisi secundum materiam capacitatem; alioquin regimen humanum esset nimis durum. At legislator cum habeat potestatem praecipienda & vetanda libere exercendam, potest illam potestatem applicare ad praecipendum vel prohibendum rem gravem sub levi culpa, sicut potest illam potestatem nullo modo exercere nec applicare. Et interdum habere potest iuram causam facti applicandi iura potestatem, puta, ne nimium gravetur conscientia subditorum, & ne detur occasio graviter peccandi, quando aliunde levis obligatio sufficienter inducit subditos ad servandam legem, ut constat ex legibus quorundam Religiosorum a Sede Apostolica approbatis.

Obj. 2. Licet pendeat a legislatore, ut legem ferat vel non ferat, tamen positum praecipit vis obligandi derivatur a lege naturali. Ergo vim illam obligandi minime requirit legislator. Resp. Positum praecipit, derivatur quidem a lege naturali vis obligandi, sed proportionata praecipito, quod in hoc casu leve est, cum legislator tunc leviter praecipiat.

Quaest. IV. An leges fundatae in presumptione obligant in conscientia.

Nota. Duplex est praesumptio, altera periculi, seu potentiae, quae frequenter ad actum reducit; & altera facti, quae factum aliquid in particulari praesumit.

Resp. 1. Lex fundata solum in presumptione periculi, semper obligat in conscientia. Quia 1. Leges ille semper nuntiatur veritati, ac iudicio certo periculi, vel sepe vel aliquando contingenti; quod tunc semper verum est. 2. Legislator intendit per illas obligare, etiam si periculi non interveniat, alioquin casu particulari. Nam bonum commune postulat, ut omnes & semper obligentur; alioquin non impedirentur efficaciter malum, quod facile evenire posset, etiam cum ejus periculum non perspicitur, & multi, immo plerique sibi falso persuaderent, non exstare periculum respectu sui, & sic lex pauca obligare censeretur. Hinc lex vetans & irritans matrimonium clandestinum, fundata in periculo fraudis, seclerum, & incommodorum, quae ex illis facile oriri possunt, obligat etiam in casu, in quo illa certo non evenient.

Resp. 2. Praecipit fundatum in presumptione facti, quod in re ipsa supponitur, non obligat in conscientia, non subsistente veritate facti. Quia tunc non subsistit fundamentum praecipit, nec probe obligatio ejus; nec tunc superior intendit obligare, cum nulla sit ratio obligandi. Sic mulier non tenetur obedire Episcopo praecipienti, ut reddat debitum ei, cum ipse praesumit eam esse valide conjunctam, cum tamen non fit propter eorum impedimentum; immo peccaret, si obediret.

Quaest. V. An lex humana potest obligare cum gravi nocimento seu damno?

Nota. Certum est, legem naturalem obligare ad sui observationem, etiam cum damno vitae in iis circumstantiis, in quibus viget, seu jubet, vel vetat aliquid. Quia non praecipit nec vetat nisi id, cuius commissio vel ommissio dedere naturam rationalem, etque intrinsece malum. Non licet autem, ad vitandam mortem, & quodvis supplicium, facere aliquid intrinsece malum, est leve, nam quod est ex natura rei malum, ac illicitum, tale est in quovis periculo, & damno. Item id quod a Deo praecipitur ut medium absolute necessarium ad salutem animae, obligat cum quovis damno temporali, etiam vite; cum salus aeterna sit rebus omnibus temporalibus anteposenda.

Resp. 1. Ex communi sententia, leges humanae non obligant plerumque, seu ordinare, cum gravi nocimento seu damno, quod per accidens conjunctum est actui praecipito. Prob. 1. Ex c. 2. de observ. jejun. ubi statuitur, infirmos esse immunes a jejunio, cum non subjaceat legi necessarii. Et ex c. 4. de regul. juris. Quod non est licitum in lege, necessarii facti licitum. Nam & Sabbatum custodiri praecipitur est: Machabei tamen sine culpa sua in Sabbatho pugnant. Sic & vadit si quis jejunium fecerit agrorum, reus voti non habetur. 2. Ex praxi Ecclesiae, & consensu omnium, praecipit audiendi Sacrum, jejunandi, recitandi horas &c. non obligant cum gravi incommodo seu damno. 3. Leges divinae mere positivae, quae strictius obligant quam humanae, non solent obligare cum gravi nocimento. Nam Christus Matt. 23. approbat Davidis,

qui in necessitate gravi comederat panes propositionis, quorum ejus lege divina erat laici prohibitus. Item lex de integritate confessionis ex communi non obligat cum gravissimo damno confessioni extraneo. 4. Ex c. Erit, dist. 4. lex debet esse possibilis secundum hominum naturam, & consuetudinem. Sed ex S. Antonino 2. part. tit. 3. cap. 10. §. 10. Impossibile est, quod non possit fieri; ut dicitur nimium habens difficultatem. 5. Ordinarie ad bonum commune, & ad usum legum assequendum sufficit, si ille obligat ac serventur communitate, & extra casus extraordinarios gravis periculi ac damni. Unde Legislator prudens censetur obligare cum hac moderatione, & benignitate; alioquin sine causa sufficiente exoneret subditos morali periculo peccandi.

Dixi, ordinarie, ob sequentes responiones.

Resp. 2. Ex communi sententia, lex humana, cui periculum gravis damni est accidentarium, observari debet aliquid per accidens cum quovis damno temporali, etiam vite, quando scilicet omittitur non potest sine contemptu legitimae potestatis, vel religionis, aut scandalo gravi. Quia lex humana, vel saltem divina naturalis, tunc obligat ad tuendum & non contemnendum, etiam exterius tantum, religionem & potestatem publicam, quae praeparant bono vite privati; quippe ad bonum commune plus refert religionem & potestatem legitimam non contemni, ac scandalum omitti, quam privati vitam servari. Dixi saltem naturalis: nam contemptus autem exterius legis, & potestatis legitime, vel religionis, & scandalum, sunt intrinsece mala, et quoque lege naturali prohibita. Quare Machabei elegerunt potius mori, quam manducare carnem suam in contemptum legis veteris. 2. Machab. 2. Hinc quisvis iuxta multos, licet Catholicus, transiens per loca haereticorum, comedere carnes die alias verito, ne si abstinet, prodatur se Catholicum, & ideo de vita periclitetur, eo quod praecipit Ecclesia non obligat cum tanto damno; tamen si quis ab haeretico cogeretur ad comedendas carnes die verito, ut ostenderet hoc factu se despicere ecclesiasticam legem fore potestatem, teneretur subire mortem potius, quam comedere. Nec excusaretur est declaratur non comedere carnes in contemptum Ecclesiae, sed propter necessitatem ad vitandam mortem; nam tunc adhuc esset contemptus exterius legis, qui semper est intrinsece malus. Deliquit.

Resp. 3. Ex communi sententia, lex humana potest per se obligare cum periculo & damno etiam vite. Quia in quavis communitate perfecta, est tota potestas ad suam conservationem & ad bonum commune necessaria. Nam Deus, ut auctor naturae, cuiuslibet communitatis civilis gubernationi ac communi bono, & Christi Ecclesiae bono, ac recto regimini sufficientissime providit. Ergo in quavis communitate perfecta est potestas praecipienda actus ad suam conservationem, & bonum commune necessarios, quavis annexum habeant vite periculum, cum aliunde eorum sit pro totius salute partem periculo obiectae. Sic Episcopus potest obligare Vicarium, mortuo Parocho, ad non deferendum parochianos tempore peccati; Dux milites ad servandam stationem, vel irruendum in hostes cum certo mortis periculo &c.

Lex autem humana tunc maxime per se obligat cum periculo vite, quando tale periculum per se actui praecipito conjunctum est. Sed tunc ad iusti-

tiam legis requiritur, ut res praecipia sit gravis, & necessaria ad conservationem vel bonum statum reipub. Nam re publica non habet dominium, sed solum conventionem usum vite civium.

Quaest. VII. An & qualis promulgatio requiritur, ut lex obliget?

Nota. Promulgatio Legis est Legis publicatio, seu publicae denuntiatio facta nomine Principis, per quam Lex subditis notificare potest. Fit autem vel voce praeconi, vel affixione Legis scriptae in loco publico, vel alio simili modo. Unde differt a divulgatione, quae est promulgationis extensio, quae scilicet Legis iam promulgatae noticia extenditur ad omnes, aut saltem ad majorem partem subditorum.

Resp. 1. Ex communi sententia, ut Lex obliget, requiritur sufficientis promulgatio. Quia 1. Lex non potest obligare communitatem, nisi ipsi sic proponatur ut ab ea cognosci possit; nam nemo potest obligari ad aliquid incognitum, cum rei incognitae observationem velle nemo possit. At Lex non potest sic proponi communitati, nisi sufficienter promulgetur; & noticia illius fiat aliquo modo publica, ut patet. 2. Lex est regula publica actuum. Nam est regula actuum communitati propter bonum commune praescripta a superiore ejus curam gerente. At regula publica debet publice proponi, & applicari, ad hoc ut subditi teneantur in eam conformare sicut regula privata debet privatim applicari, ad hoc ut privati se in eam conformare teneant. Erimvero quavis regula, si sufficienter regulabilis applicetur, & quidem modo sibi proportionato, nullum habet effectum. Quare promulgatio vel est complementum essentialis Legis, vel saltem conditio essentialiter requirita, ut Lex actu obliget.

Hinc si Titius certo sciat legem aliquam esse factam, & iusti principis trichio promulgandam, non obligatur ad illam, donec res ipsa promulgata sit. Nam Lex cum sit praecipitum commune latum pro tota communitate, non potest illius membrum particulare obligare, quin obliget communitatem; hanc autem non obligat, nisi publice proposita sit, ideoque promulgata.

Resp. 2. Ad promulgationem sufficientem nulla certa sollemnitas, vel nullus modus determinatus promulgationis ex natura rei requiritur. Quia ex natura rei sufficit, quod Lex sic proponatur, ut possit facile pervenire ad notitiam subditorum. Hinc ex natura rei sufficit quod Lex publice denuncietur in curia, seu in civitate in qua regitur. princeps; nam Lex ibi denunciata potest facile in subditorum notitiam pervenire ob frequentem ad sedem principis recursum ex civitatisibus omnibus ibi subditi.

Ad promulgationem vero iure positivo requisitam, talis debet esse publicatio, qualis vel ex Legge positiva, vel ex consuetudine, vel ex Legislatoris voluntate praescribitur. Cum ergo circa hoc diversae in diversis locis sollemnitates & conditiones, vel consequenda vel Legge determinatae sint, & earum aliquae omittantur, non censetur Lex legitime promulgata.

Resp. 3. Ut Leges imperiales obligent provincias debent in illis singulari promulgari: immo non obligant in provincia, nisi post duos menses a promulgatione ibi facta ex Authent. Constitutiones, secundum Doctorem interpretationem, & consuetudinem. Idem est de Legibus laicis a Regibus & Principibus

Imperatorii subiectis, ac de Imperialibus: quia illi principes non acceptum ab Imperatore potestatem ferendi Leges, nisi secundum sui commune Imperii, & iuxta modum, quem servant ipsi Imperatores in Legibus suis ferendis.

*Resp. 4.* Leges Regum & Principum Imperatorii non subiectionum, ut obligent, non requirunt promulgationem in singulis provinciis, nec duos menses post illam; sed sufficit ut fiat promulgatio in uno loco, ex quo ad alia loca divulgetur; nisi aliud exigat Lex, vel consuetudo; quia talis promulgatio ex natura rei sufficit ad obligandum subditos; & aliunde illi Principes non tenentur Legibus Imperatoris. Fere tamen ubique viget consuetudo aut Lex regni, ut Reges qui habent plures provincias, curent suas Leges in singulis provinciis promulgari, neque aliter eas obligent. Sic in Gallia Regie Leges dicuntur non obligare, nisi referantur in acta Curiarum supremarum.

*Resp. 5.* Lex humana que in uno loco promulgatur, non statim incipit ubique obligare, sed solum in unoquoque loco obligat actu, elapso eo tempore, quo Legis promulgatae noticia ad illum ordinario modo pervenire potuit. *Prob. 1.* Ex Bulla Sixti ad talem Conc. Trid. ubi Pius IV. ait: *Inter cetera communis sanctum est, ut constitutiones nostras ubi non nisi post certum tempus obviarent.* 2. Quia Lex in uno loco promulgata, non est sufficienter denunciata in omnibus aliis locis, nisi post elapsum tempus sufficientis ut noticia Legis promulgatae venire possit ad omnia illa loca, ut patet.

*Mora.* Licet ignorantia involuntate Legem promulgatam & divulgatam, absque transgressione excusetur, tamen si lex illa statuat aliquid de esse (\*) morali rerum vel personarum, irritando, inhabilitatem inducendo, habet omnem effectum suum circa illos preter imprudenter ad culpam; ut patet in Legibus de impedimentis Matrimonii, de irregularitatibus spuriorum &c. Quia tales effectus non supponunt culpam, & finis illarum Legum postulat ut habeant talem effectum circa omnes.

(\*) *Esse, sive essentia.*

(1) *Sententia defendens sufficientem promulgationem Legum Pontificiarum in Romana Curia iudicet Bened. XIV. (lib. 13. de Syn. c. 4. n. 1.) magis communis est apud DD. Et nempe longe plures, si Theologi & Canonistas simul computet, iustifragantur partim Italiae ferme universae, partim exterarum Regionum: quales sunt ex. gr. ex Hispania Bas. Pontius, Suarezius, & Navarrus; ex Belgii Sylvius, & Vanroy; ex Germaniae Smalaguer, Pirhingius &c. Si cuiquam videatur capiti difficile, aut prolixo absonum, quod Pontificia Leges, sicut ad Romae sollemniter publicatae sunt, perinde assilant & ardent omnes hinc distantes, quos concernunt, ac si unicuique eorum personam notitate fuissent: si duplicem attendat distinctiorem, scribit promulgationis, & divulgationis, atque obligationis in actu primo, & secundo, ut in Soboli dicitur. 1. Promulgatio est publica propositio sine denotatorio legi facta per profectionem, aut aliam quavis modum sollemnem. Divulgatio vero est huius promulgationis applicatio ad aures, vel ad notitiam illorum subditorum, qui eandem promulgationem non perceperunt.*

Quest. VII. An ut Leges Papae obligent in Provinciis, debent esse in illis promulgatae? (1)

*Resp.* Non pauci sentent Leges Papae debere in singulis provinciis promulgari, ut in illis obligent, nisi in illis usque recepte sint, vel Papa expressit declarare velle se obligare omnes ubique fideles post promulgationem Romae factam. Quia Ecclesia sua civile servat, ubi ipsa nihil aliter instituit; ex c. 1. de novi oper. num. ubi Lucius III. ait: *Sicut Leges non dedignantur sacri Canonis imitari, ita & sacrorum statuta Canonum Principum Constitutionibus adjuvantur.* Ad iuxta sui civile, Lex non obligat provincias singulas, nisi in illis sit promulgata; nec Ecclesia aliter de suis Legibus statuit. Enimvero, inquit, si iustas & benignitas regiminis Ecclesiastici huic modum obligandi, quem servant Leges civiles postulant, nisi aliqua urgens causa compellat Papam ad obligandum omnes post Romanam promulgationem.

Plures vero docent Leges Pontificias Romae tantum promulgatas obligare in provinciis omnes, ad quorum notitiam venerint, secundo privilegio, vel legitima consuetudine in contrarium. Probat T. Quia ex natura rei sufficit unica promulgatio Romae facta, cum per eam Lex possit intetere in omnibus provinciis, & aliunde Ecclesia nihil plus statuit. 2. Ex praxi & consuetudine Curie Romanae, in qua provincialium causis & fides definitur iuxta Leges Pontificias Romae tantum promulgatas. 3. Pleraque Decretales corpori Juris interta, non sunt promulgatae in provinciis, & tamen in illis obligant. 4. Pius IV. in Bulla Sixti, cit. declarat decreta Conc. Trid. ad reformationem & disciplinam spectantia, absque inceptis obligare Kalendaris Maji anni 1563. post promulgationem Romae factam. Et Sixtus V. in Constit. de habitu & tonsura Clericorum, non requirit aliam promulgationem, quam qua Romae facta est; & tamen vult omnes ultra montes constitutos obligari infra octo menses a die publicationis Romae factende.

Nec obstat Lex civilis. Nam Papa non subiectione Legi-

runt. 1. Lex sufficienter promulgata obligat in actu primo subditos universos, quamvis involuntate ipsam ignorant; quatenus universos complectitur in suis verbis, & vim habet eos obligandi. Ad non perinde universi obligantur in actu secundo, ita ut culpabiles & poena digni existant, si quid contra ipsam agant: hoc enim posteriori modo obligati illos damnat subditos, quibus vel iam innotuit lex sive prima promulgatione, sive consequenti divulgatione, vel qui, si legis noticia caret, vincibiliter illam ignorant. Haec igitur duo optime inter se componuntur; Lex Pontificia obligat orbis fideles statim post promulgationem Romanam, & antea illius divulgationem factam in Provinciis fideles eandem non servantes nullo tenentur culpa, & poena reata. Nec dicat, si ita est, frustrantem evadere illam legi obligationem in actu primo: nam ea admitti consequitur, fideles non posse absque piaculo se eximere ab observatione legis cessantem ac divulgatam apud ipsos esse, quod sane potest, etiam post acquisitionem Romanae promulgationis notitiam, si nova preterea promulgatio in singulis Provinciis foret necessario factienda.

Legibus Imperatoris in usu suae jurisdictionis, quam a Christo immediate accepit; & dispositio illa Juris Caesaris repugnat consuetudini Ecclesiae. Equidem Leges civiles adhibentur ab Ecclesia in causis decidendis, quando sunt conformes aequitati, ac recte rationi, & desunt Leges canonicae; quia requiritur aliqua regula decidendi causas, & tunc nulla aprior videtur Lex civilis.

Alii docent spectandum esse usum singularium regionum, quia modus promulgationis sufficientis ad obligationem Legis, nisi & consuetudine determinari debet, cum nil de ea lege statutum est.

Quest. VIII. An, ut Leges humanae obligent, requirunt acceptationem, seu consensus majoris partis communitalis? (1)

*Resp. Neg.* Quia Lex potestas Legislativa absoluta, quae exercit in Principe, est etiam potestas praecipienda; obligandi, & exigendi Legis observationem: aliquo solum est potestas consulendi, vel propositum subditi, non velut aliquid facere aut omittere. 1. Obligatio obediendi necessario oritur ab auctoritate superioris, non a consensu subditi: alioqui subditi volens obedire superiori, non peccaret. 2. Praeceptum particulare superioris absolute impositum, obligat subditum independentem ab illius acceptatione: alioqui potestas praecipienda esset inefficax, & inutilis: ergo pariter Lex, quae est praecipuum commune, obligat communiatem independentem ab illius consensu, sicut enim quantum ad vim obligandi eo habet praecceptum superiorum ad inferiorem, ita & Lex Principis ad communiatem, cum sit eius superior. 3. Legislatores supremi possunt cogere, immo sepe poenis cogunt subditos ad Legem recipiendam, & servandam, & hi nequeunt sine culpa resistere, nam ex Rom. 13. *Qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit: qui autem resistit, seipsum damnationem acquirit.* 5. Alexander VII. damnavit hanc propositionem: *Populus non peccat, etiam si abque ulla causa non recipiat Legem a Principe promulgatam.*

Obj. 1. In Legge de quibus 32. ff. de Legibus di-

cutur: *Cum ipse Leges nulla alia causa non tenentur, quam quod iudicio populi recepta sunt.* *Resp.* Ibi agitur de Legibus laicis, non a Principe, & Legislatore supremo, & absoluto, sed a Legislatore dependente a consensu populi Legum approbationem sibi reservantis. Quales fuere Leges Romanis laeae, durante sua Republica, atque etiam sub potestate sistorum Imperatorum usque ad tertium saeculum: quo tempore nulla Lex obligabat nisi post iurum acceptationem.

Obj. 2. Illud Gratiani, ad can. 4. dist. 4. *Leges instituantur, cum promulgantur: firmiter, cum moribus utuntur approbantur.* Ergo. *Resp.* Nego confes. Nam 1. haec verba non sunt verba Summi Pontificis aut Concilii, aut Patris, sed ipsius Gratiani. 2. Sentus verborum illorum est, Leges firmari per usum, quatenus per eum renoventur a periculo abrogationis. Nam si Lex non servaretur, tandem aboleretur, vel contraria consuetudine praescriberet, vel Principe cedente nimie resententiae populi. Unde Gratianus subjicit: *Sicut enim moribus utuntur in contrarium nonnulla Leges hodie abrogatae sunt, ita moribus utuntur sese leges confirmantur.*

Obj. 3. Consuetudo potest abrogare legem jam obligantem: Ergo potest illam prevenire ne obligentur. *Resp.* dist. ant. Si princeps tali consuetudini non resistat; Concedo ant. Si resistat; Nego ant. & contra. Consuetudo Legem abrogare non potest, nisi sit legitime praescripta. Talis autem non est, quamdiu consuetudini resistit, seu contradicit Legislator, & vult Legem observari. Consuetudo vero non servandi Leges, nisi prius a maiore parte communitalis approbate fuerint, si que sit, non est legitime praescripta: nam tali consuetudini resistunt Legislatores, subditos suos ad legum suarum acceptationem & observationem compellendo post sufficientem illarum promulgationem.

Obj. 4. Nemo accepit sine Deo, sive a communitate potestatem ferendi Leges nisi dependenter a consensu majoris partis communitalis: nam potest-

(1) Superiori etate docuerunt aliqui Theologi, leges longe plures Jurisferis, vim legum humanarum dependere a populi acceptatione, supponentes scilicet leges non ferri, nisi sub hac conditione, quod subditi communiter istidem assensuerint. Ad contrariam sententiam non passim obviat apud Doctores loquendo generatim de legibus cum civilibus, tum ecclesiasticis porissime: idque propterea, quia alterius fundamentum plane positum esse convincitur & ratione, & auctoritate multiplici. Hinc Bened. XIV. (lib. 13. de Syn. c. 5. n. 3.) absolute pronuntiat leges, postquam, Ecclesiasticae a populi acceptatione minime pendere. Et (c. 4. n. 4.) ex eo quod potestas ferendi leges sit in Episcopis aut immediate a Christo, aut a Summo Pontifice, cui est a Christo immediate collata, necessario consequitur eorum firmitatem nequam pendere a populi acceptatione, sed ab unico Legislatore vires sortiri, quibus unumquemque quantumvis reluctante controgant; nisi forte a iustitia certo deiciant, ex excus defecta sint irrita; quemadmodum bene perpendit Suarez lib. 4. de Leg. c. 16. ubi merito etiam animadvertit, oppositam opinionem, quam

aliqui aucti fuisse vendicare, componi non posse cum Fide, quo creditus; Ecclesiae regimine fuisse a Christo committam Romano Pontifici, in eius sollicitudinis praesertim vocati fuit particularium Ecclesiarum Antistes. Profecto, nisi absoluta gauderent potestate legislativa Episcopi, & Principes facilius, ea fore inefficax & inutilis foret. Quippe subditos facere non possent ad obediendum propriis legibus, nisi postquam ipsi voluissent eas acceptare. Immo consensu populi maioris esset virtutis, quam eadem potestas; cum ille vult legibus potest impendere: ipsa vero non potest populum obligare ad consentiendum. Distinguantur itaque essentialis & intrinseca vis Legum ab accidentalibus & extrinseca ipsarum firmitate. Prior pendet a sola legum promulgatione facta nomine Legislatorem: posterior ab acceptatione. Moribus populi esselem custodiendum. Quod si opinio hactenus impugnata referatur ad praesca civiles leges, ita et eo tempore, quo populus Romanus talem habebat potestatem, ut sine ipsius assensu leges non condicerentur, tunc non erit a veritate aliena, sed ad presentem indubitatum nostrum nihil faci-

De modo, quo observanda sunt Leges.

has bene instituta non est ad gravandum subditos...

Obj. 5. Leges humane feruntur tantum sub hac...

Notanda sunt sequentia. 2. Hoc intelligi debet...

Resp. 1. Ut satisfiat precepto negativo, nulla...

Resp. 2. Ut satisfiat precepto affirmativo, non...

Illud vero axioma, Actus agendum non operantur...

(\*) Aut explicitam, aut saltem virtutalem pro varia precepti natura.

(\*) Hinc doctrina illustranda infervit aliquo modo, quod N. 308. distum fuit.

eo, qui voluntarie actum preceptum posuit, ut...

Alia dicunt de Voto: qui vovens sibi imposuit...

Not. Duplex est finis & modus Legis, nempe...

Quaest. II. An ad satisfaciendum Legi, debet...

(1) Sententia, in quam Auctor propendit una...

(2) Quia videlicet, ubi quis in precibus funderis...

(3) Ex ca. affectus theologiae caritatis erga...

(4) Hoc locum habet, quod Auctor docuit in...

(5) Sic ex ca. quia caritas est finis precepti...

unde est id quod respicit per Legem preceptum...

Resp. 1. Sine fine & modo intrinsecus Legis...

Resp. 2. Si finis extrinsecus, ad quem ordinatur...

Resp. 3. Si finis extrinsecus a Legislatore intentus...

tamquam probabiliorum: isti vero religiose minime...

(1) Quia videlicet, ubi quis in precibus funderis...

(2) Ex ca. affectus theologiae caritatis erga...

(3) Hoc locum habet, quod Auctor docuit in...

(4) Sic ex ca. quia caritas est finis precepti...



ctio operis. Equidem Lex omnis dirigit ad finem. non omnis est de fine ipso. Unde finis precepti non cadit sub precepto, quando finis distinctus a opere precepto, nec precipitur intentio ipsius finis. Hinc satisfactio precepto jejunii, qui unicam refectionem ex cibis licitis sumit, licet non intendat macerare corpus: quia hec intentio non precipitur ab Ecclesia.

Quest. III. An satisfactio precepto, qui opus illius exigitur actu ex fine vel circumstantia malo?

Nota. Agitur hic de Legge humana. Nam Lex naturalis prohibet quolibet finem, & modum agendi pravum, utpote differenteum nature rationali, precipitque finem honestum, & modum convenientem in omnibus actibus liberis. Nam precipit ut homo ferre vivat vere agat honeste, id est decenter ac conformiter nature sue rationali qua rationalis est: ac proinde precipit id omne, quod necessarium est ad eam agendum. Sed ad agendum honeste & decenter nature rationali ut rationali, necesse est, ut non solum actus preceptus fiat, sed etiam ut modo convenienti, in circumstantiis debitis, & propter finem honestum fiat. Quare homo Lex naturali tenetur observare omnia precepta humana recte, convenienter, & ob finem honestum, ideoque actu bono, & honesto.

Resp. 1. Non satisfactio precepto, qui facit opus eam peccato refulgentis substantie precepti; aut illud facit sine ea honestate ac rectitudine, qua a superiore expresse precipitur, vel essentialis est actui precepto; nam tunc non fit id totum quod precipitur.

Resp. 2. Quando honestas ac rectitudo non est essentialis actu externo, neque expresse precipitur a superiore, sine ea satisfactio precepto humano; quia tunc sine ea ponitur id totum, quod precipitur ab homine: & actus viriutatum per peccatum precepto accidentalium: unde retinet bonitatem ac speciem moralem (?) obstricta lege intentam. Sic miles fortiter pugnat ex vano gloria, adimplet preceptum Ducis, licet peccet contra Legem naturalem ob finem malum. Item quando actus viriutatum solum ratione motivi cuiusdam extrinseci venialiter mali impulsivi, vel se habentis solum concomitanter, tunc satisfactio precepto. Sic qui devote & attente Sacrum audit ex motivo intrinseco religionis, licet concomitanter moveatur, aut prius impellatur vano gloria, satisfactio precepto Ecclesie, nam ponit liberam religionis preceptum ex proprio motivo finali.

Quest. I. V. An per unum eandemque actum possint impleri plura precepta?

Resp. 1. Non possunt, nisi constet talem esse intentionem precipientis. Quia superior aliquid precipiens, censetur exigere aliquid quam jam alias debitum est. Alioquin sepe non assequeretur finem a se intentum, & frustra imponeret novam obligationem. Sic penitens precepto jejuniandi a confessorio imposito non satisfactio per jejuniium jam ex voto vel precepto Ecclesie debitum. Quia confessorius

precepti, & id de quo preceptum datur, sicut neque in aliis rebus idem est finis, & quod est ad finem (Vid. N. 332. 333). Porro autem declaratio habens diversum modum, finisve intrinseci, & extrinseci (?) Moralem extrinsecam.

censetur obligare ad opus alias non debitum, utpote de novo puniendum, nisi aliud exprimat. Item si obligatio per se potest aliquid opus quam quod jam debitum est, tunc requiruntur plures actus, ut semper contingit in materia iustitiae, ubi semper attenditur equalitas rei ad rem. Sic qui centum ex duplici titulo iustitiae, puta, ex damno illato & ex emptione, bis debet, non satisfactio duplici illi obligationi dando solum centum: nam non esset equalitas solutionis ad debitum.

Resp. 2. Si prudenter existimetur superior concedere, ut per unum actum satisfactio duplici precepto, tunc satisfactio. Quia obligatio ad unum vel plures actus pendet ab eius voluntate: sic in Jubilaeis satisfactio jejuniis a Papa prescriptis per jejunia quatuor temporum tunc occurrentia. Intentio unicam superioris cognosci potest, vel ex circumstantiis, sine, ac natura operis prescripti, vel ex communi usu ac interpretatione. Sic si confessorius iungatur auditionem facri singulis diebus per mensem, penitens satisfactio, unum sacrum diebus festis audiendo: quia in his circumstantiis non censetur confessor intendere, ut penitens his sacrum audiat eodem die, nisi hoc exprimat. E contra si iungatur operatio, ut sacrum omnibus diebus festis audiat per annum, & v.g. hic tenetur bis sacro interesse, quia talis est mens confessorii, que ex natura satisfactiois colligitur.

Ut plurimum autem duo precepta uno actu implentur, quando idem eadem die ex eodem motivo prescribuntur; sic die festo in Dominicam incidente, unus Missae auditione impleretur duplex preceptum. Alias regulariter superior plures actus exigit, nisi contrarium expliceat; & in dubio, plures velle censendus est: quia tunc interpretatio fieri debet ex communitate contingentibus, iuxta reg. 45. Jur. in 6. Insuper in obsequio quod est verosimilius, vel quod plerumque recte conseruetur. Hinc si vorissides dare elemosynam, & confessor elemosynam etiam iniunxisset, non satisfactio danda unam.

Quest. V. An eodem tempore pluribus preceptis satisfactio potest per plures actus?

Resp. Communis sententia asserit, modo unus actus non impediatur alium, nec attentio una debita tollat alteram. Quia tunc eodem tempore potest fieri id totum, quod prescribitur per plura precepta; cum in preceptis non prescribatur diversitas temporum. Sic ex communi sententia, qui die festo tempore facri recitat horas cum intentione & attentione debitam, satisfactio precepto Missae, & precepto recitandi horas: Nam ad utramque obligationem implendam sufficit attentio ad Deum, mysteria divina.

Quest. VI. An peccat, qui ponit voluntarie impedimentum implenti Legi?

Resp. 1. Peccat, qui illud appetit directe, & ex intentione non implendi Legem. Patet, nam is habet voluntatem non servandi Legem, & gerit pravam affectum erga illam, agitur in illius derisionem. Lex autem prohibet pravam affectum erga illam, & ne quid in eius derisionem fiat.

Resp. 2.

leci (de quo N. 299. 304.) in plurimis Theologia Moralis questionibus addubitari solet, presertim in illis, in qua discutitur, nam peccat si opus ferre, vetitum precepto de Feltorum observantia.

Resp. 1. Peccat contra preceptum, qui eius observationi impedimentum inferit per actionem non necessariam eo tempore, quo iugiter preceptum vel paulo ante, aut tunc non remouet impedimentum, cum potest sine gravi damno. Ita comminatur. Quia Lex prescribens aliquid, simul virtualiter vetat id omne, quod cum actione vel omissione prescripta incompossibile est, ideoque positionem impedimenti: alioquin non esset per se efficax. Præterea precipiens finem, simul precipit media necessaria ad talem finem, saltem si non nimis difficilia sint: ac remouere & non inferre impedimentum est medium necessarium implenti Legi. Ergo.

Hinc, qui die jejunii pala ludit cum ea defatigatione, que reddat illum impotentem jejuniare, peccat contra preceptum jejunii. Qui die festo contra sollicitudinem & contra preceptum audiendi sacrum, & excommunicatus tenetur, quantum potest, absolute sibi comparare ad communicandum in Pascale, immo & ad sacrum audiendum diebus festis &c. cum huius impedimenti remotio necessaria sit ad implendum preceptum, & aliunde non fit nimis difficilis, immo & ad eam jam tenetur.

Resp. 2. Materie precepta gravitas vel necessitas potest esse tanta, ut preceptum obliget ad nunquam apponendum impedimentum eius observationi, etiam multo tempore antequam urgeat, ad tollenda impedimenta etiam remota, & ad adhibenda media difficilia; ut patet in iis, que sunt necessaria ad salutem, & honestatem morum, & ad bonum commune: (1)

Quest. VII. An qui non potest totum opus preceptum implere, tenetur ad partem, quam potest?

Resp. Affirm. si preceptum sit de re divisibili, hoc est, de re que in modo dividi potest, & in cuius parte invenitur ratio precepti, ut in septem horis canonicis, in jejuniis totius quadragesime, in qua jejuniium singulorum dierum dividendum est ab alio.

Prob. Quia I. Imoc. XI. damnavit hanc propositionem. Qui non potest recitare Matutinum & Laudam, potest autem vel quas horas, ad nil tenetur: quia major pars trahit ad se minorem. 2. Tunc

(1) Permagis momenti propositio questio est, in qua valde intererit scire, quidnam generatim servandum sit iuxta seniores Erubice Christiane regulas: quippe plurimos reperire est inter Scriptores. Morales recentioris ævi, qui in peculiaribus materiis de auditione Missæ, recitatione Officii, observatione jejunii, & similibus aliis ab ista questione pendentibus, nimis indulgentes, licentiusque prolocuti sunt. Ex causis. Uxor, que ex jejuniis macilentia, minusque grata viri sui oculis apparere, & hinc despicit, aut minus amari conspicit ab eo, excusat a jejuniis. Non peccat contra preceptum jejunii, auditionis Sacri, recitationis Officii, qui sua culpa incidit in infirmitatem, etiam si prævidet, per eam impediri a tali obligatione. Non peccat contra preceptum jejunii, qui die jejunii pedestre iter agit, vel si multum laboret: vel id faceret ut utilitate, vel etiam ex vitio: aut si in pilulo, aut venatione, malum se exerceret: vel etiam si iter assumat ad inviscendam amantiam, aliove pravo fine. Si hic obiter curiosus Le Tor rationem ex Antiquæ Theol. Moral. Tom I. P. II.

preceptum utpote dividendum, obligat ad omnes & singulas partes; etiam seorsim sumptas; cum singulis seorsim faciendam ad finem precepti: nec est causa sufficientis excusans a parte possibili, quæ est utilis fini. Qui non potest totum debitum solvere, tenetur ad partem quam potest, si hæc sit divisibilia a toto. Sicut utile non debet per inutile vitari, ex reg. Jur. 2. in 6. ita nec possibile per impossibile.

Potius hæc regula. Accessorium sequitur naturam principalis, non valet in omnibus: nec habet locum, dum principale & accessorium sunt indivisibilia, & in accessorio reparatur aliqua ratio ipsius principalis; vel ubi est diversa utriusque ratio. Sic qui promittit equam cum suo pulto, si equam dare non potest, quia mortua est, tenetur dare pullum. Deinde pars non est proprie accessorium respectu totius.

Quest. VIII. Quid agendum quando simul occurrunt, duo precepta, quæ simul servari nequeunt?

Resp. Per se loquendo servandum est majus preceptum; quia prævalet minori, & gravius obligat, unde tunc minus obligare definit. Preceptum autem naturale, cum sit de rebus ex natura sua ad morum honestatem necessariis, præponderat precepto mere positivo utivum divinum humanum, cum Deus sit superior homine; preceptum superius Principis precepto superioris subordinatum; preceptum altioris virtutis precepto virtutis inferioris; preceptum negativum affirmativo, quia illud obligat semper & pro omni tempore, nec sunt facienda mala, ut veniant bona. Rom. 13.

Hinc si die festo iurimus tua opera egere tempore Sacri, teneas ei optulari. Quia preceptum divinum naturalis caritatis, que est virtus omnium præstantissima, prævalet omnibus aliis preceptis. Quod si minus preceptum notabiliter nobilitati præferas, peccas moraliter, quia excessus est notabilis. Ideoque gravis est inordinatio, a qua tamen sepe excusat ignorantia in rudibus.

Dixi per se loquendo. Nam interdum servari debet preceptum inferius, ut cum huius materia gravis concurret cum materia levis precepti superioris. Sic non debes omittere Sacrum die festo ad levandum.

populus ipsam libertatem carni, & sanguini inoprobabilium, hanc ab eorum Auditoribus reprobantem, quia talia agere videntur iure suo. Veror tamen, ne potius legendum sit, abutuntur, iuxta emendationes antiquæ. Sicut ecclesiasticis adicit. Utus sit, quicumque ad hanc sospitalem nolent allicere, hanc recedant a solida, utaque doctrina, quem Auditor summum hic exorbitet. Quia gravius Scriptores, presertim Coleti (Tract. de Legib. c. 5. Sect. 5. in fin.) enucleate legem, vultque exemplis valde utiliter illustrant. Ipsi Anglicus providitio prævit (in 4. sent. dist. 53. q. 3. art. 2. ad 3. & 2. q. 147. art. 4. ad 3.) quibus in locis satis indicat, legi etiam humane trasgressorem reputandum quemlibet vel potentem, vel non tollentem impedimenta nec necessaria, nec valde utilia, ob quos prævidet, aut prævidere potest, debetque (N. 143.) se acineps legem minime implendum. Quandoquidem ius huiusmodi transgressor reatum culpabilis omnino conturbat, iam a iustis (N. 294.) monstratum fuit.